

from that which is usual in Mock-Suns; nor the great length of the Tayl, cast up by the genuine Sun, and of a far more vivid and splendid light, than *Parbelia's* use to exhibit. Upon this appearance there soon follow'd here an exceedingly intense and bitter Frost, whereby the whole *Sinus Puzensis* was frozen up from this Town of *Dantzick*, as far as *Hela* in the *Baltick* Sea, which lasted unto the 25<sup>th</sup> of *March*; and the Bay was frozen so hard, that with great safety people run out into it with Sleds and Horses, for several of our Miles. Whether the recited Phænomenon have had any influence for this extreme Cold, I know not, but leave it for Astrologers to examine. Whether the like Appearance have ever been observ'd in *England*, I should be glad to be informed of.

An Extract of Monsieur *Hewelius's* Letter, lately written to the Publisher, concerning the famous *Kepler's* Manuscripts; together with some considerations of his, about the use of *Telescopic Sights* in *Astronomical Observations*: Delivered in the same language, wherein 'twas written.

— — — **E**X tuis 16. Septemb. datis intellexi, Te pleniorē informati-  
onem de *Kepleri Manuscriptis* desiderare. Jam ante hac, ni-  
fallor, ad Vos perscripsi, me omnia *Kepleri MSS.* ab hæredibus certo pre-  
tore obtinuisse, tum opera jam edita, tum quadam hæcenus inedita; inter  
cætera, ipsa *Epistolarum omnium* (quarum magnus numerus) ad *Clariss.*  
*Viros Scriptarum Autographa*, cum plurimorum illius temporis *Illustrium*  
*Virorum responsionibus*. Inter *MSS.* illa inveniuntur sane quæ lucem mer-  
entur, non solum plurimæ *Epistolæ*, sed & *Opera* quadam, inter qua  
eminet ejus *Hipparchus*, quanquam non sit, ut par est digestus; qui tamen  
posset, a quæpiam harum rerum perito & otio abundante, facile in ordinem  
redigi & absolvi. Possideo itidem scripta ejus *Chronologica*. At *Kepleri*  
vitam studio conscriptam non invenio; interim plurima notata dignissima,  
vitam ejus spectantia, passim notavi, ex quibus *Vita* ejus posset haud obscure  
depingi. Quæ vero in specie ex scriptis ejus penes me habeo,  
*Catalogus* hicce \* indicabit. Cæterum percipio, *Vestrate* \* Vide infra.  
non omnes mihi assistipulari in isto *Dioptrarum negotio*, de  
quibus in *Machinæ meæ Cœlestis Organographia* tractavi. Verum, eti-  
amsi *Cl. Hookius*, & *Cl. Flamstedius* †, aliique, plâne  
aliter sentiant, e. perientia tamen quotidiana me edo-  
cuit, atque etiamnum docet, rem longe aliter se habere  
in *Magnis illis Organis, Quadrantibus scilicet, Sextan-*  
*cos* in *Fixarum restitutione habituri* simus ab illo, qui nonnisi *pinnaçidiis vitro-*  
*rum cassis* utitur *Huc enim ex parte respicit hujus Epistola Auspbor.*

† Vid. N<sup>o</sup>. 96.  
pag 6000. ubi  
*Flamstedius* dubi-  
tat, an multum  
emendationes lo-

tibus

tantibus & Octantibus, imprimis Quadrantibus Azimuthalibus, aërisque Quadrantibus regulis constructis, quæ nempe adeo procliviter commoveri & inverti (dum examinantur Dioptra Telescopica) imo nullo modo possunt, ut quidem Instrumenta illa trium quatuorve pedum perpendicularo constructa. Res cumprimis in eo consistit, quod nullum plane observationem suscipere possint suis Dioptris Telescopicis, nisi prius de novo eas examinent, & rectificent; in quo tamen examine varia via, idque jugiter, ut ut studiosissime illud suscipias, hallucinari datur. Adhæc, in Quadrantibus Azimuthalibus, Octantibus & Sextantibus, qua ratione examen illud omni tempore, commode & sine magno temporis dispendio institui possit, profecto nondum capio. Vix mihi persuadeo, ulibi hæctenus ulum Astronomicum Instrumentum aliquod magnum, sex vel noxem pedum, utpote Sextantem, Octantem, vel Quadrantem cum Regula, vel Quadrantem Azimuthalem, cum pinnacidiis Dioptricis construxisse, eumque ad Cælum felici aliquo successu adhabuisse, solidique quicquam observasse. Si tentasset, ac per annos aliquot Observationibus i. vigilasset, sine dubio aliter sentiret. Hoc enim negotium non tantum in hoc consistit, quod Stellæ aliquanto distinctius conspiciantur, (quanquam Fixæ ab eo, qui visu pollet & exercitatus est, æque bene nudis oculis discernuntur,) sed an Instrumenta ab omnia parte correcte commendent, an pinnacidia Telescopica Instrumentis toties ad quasvis Observationes rite imponi, & tuto conservari queant; de quibus quidem id omni tempore æque præcise fieri posse, valde dubito.

Quare Cl. illos Viros humanissime rogatos volo, nisi jam vasta ejusmodi Organa, Sextantem puta, Octantem & Quadrantem Azimuthalem, Dioptris Telescopicis munita possideant, eaque Cælo continuo admoveant, judicium suum tamdiu suspendant, donec longa annorum serie experti fuerint, non fuisse se multoties elusos. Ex una quippe alterave Observatione, Quadrante aliquo, leviori perpendicularo gaudente, acquisita, res hac nequaquam est decidenda: Sed, si quis per decem & amplius annos assidue observaverit, tum ab ovo seriam Stellarum Restitutionem per distantias susceperit, poterit certiora quædam hac de re in medium proferre. De reliquo satis mirari nequeo, eos qui ejusmodi Dioptris Telescopicis gaudent, necdum locorum, ubi degunt, & observant, Elevationem Poli, quanquam sciam, recte & omnino præcise determinasse. Hucusque enim ad aliquot minuta integra Parisiis Elevatio Poli nondum est definita; uti ex Dissertatione Petri Petiti de Latitudine Lutetiæ intelligi potest.

Sed nolo in his esse prolixior; ad Observationes ipsas provoco: Tempus aliquando docebit, quorum Observationes universa accuratiores fuerint, si modo nonnulli censuram suam rejicere eousque possent. Videri enim aliquos, (inter quos etiam Cl. Flamstedius invenitur, ut ex epistola ejus ad Dom. Cassinum apparet) tulisse jam de nostris Observationibus, qualibus qualibus, judicium, priusquam illas viderunt, examinarunt, vel quicquam de iis cognoverunt. Nolo quidem vanus esse rerum mearum jactator, nec unquam imaginatus mihi fui, me in omni isto negotio, Restitutionis scil. Fixarum,

*rem acu omnino tetigisse, aut tangere pro mea tenuitate posse: Sed hoc mihi penitus imaginor, siquidem totum illud negotium suscepissem Dioptris Telescopicis, mihi non solum plurimos annos examinibus terendos, sed & spe, sine dubio, varia via, (qua de re hic non est differendi locus) cadendum fuisse. Exinde gratulor mihi, me ad sententiam illam necdum transisse, meaque me methodo omnia perfecisse quicquid præstitum Dei beneficio fuerit. Interim utrum nihil amplius (uti dubitat Cl. Flamstedius) quam hæctenus præstitum fuerit, necne, de eo liberum cuique erit, suo tempore, quando rem viderit, iudicium suum exponere; quin imo integrum erit, alium novum Catalogum superadditis tot ac tot centenis novis Fixis, hæctenus neglectis, alia ratione construere. Verum nondum video, curam hanc molestissimam tædiosissimam, laboriosissimamque, quæ non nisi multorum annorum vigiliis suscipi peragique potest, ullum aliquem Astronomum serio hæctenus tangere. Certe, unam alteramve stellulam ope Telescopii, Dioptrarumve Telescopicarum, dum præcipuas ac majores Fixas earumque intercapedines supp. nimis correctas, ad debitum locum deducere, tum nonnunquam distantias nonnullas Stellarum capere, hæc ludicra sunt: At, restituere omnes conjunctim secundum longum ac latum; tum ducta continuo, singulis serenis diebus ac noctibus, tam Altitudinum Solarium, quam reliquarum Stellarum observationibus operam dare, easque Orbi exponere, ut pateat Motuum Harmonia, atque Instrumentorum certitudo; hoc artis, hoc laboris est. Quando Observationes habebimus 20 & 30 annorum spatio continuatas utrinque, nimirum tum quæ Dioptris Telescopicis, tum quæ sollemniter de Cælo depromptæ fuerint, res omnino clarior futura est. Interea suo quilibet ingenio fruatur remque sua ratione pro libitu tentet. Honorificum nobis omnibus erit, rei Literariæ incrementum pro modulo nostro, nobis a DEO concessio, varia vita promoveri.*

*Johannis Kepleri, Mathematici suo sæculo Clarissimi, Manuscripta, in proxime progressis literis laudata.*

**F**asciculus primus continet, *Restitutionum Lunarium Adversaria, & Demonstrationes pulcherrimas multas & librum, cui nomen feci Hipparchus, seu, de Magnitudinibus & Intervalis trium Corporum, Solis, Lunæ, & Telluris; ubi plus fere admirationis meretur Ingenium Humanum ad cognitionem Dei operum viam moliens, quam Opera ipsa Naturæ per se bruta. Hæc Pragæ inchoata a multis annis, Lincii vero magna parte continuata.*

*Fasc. 2, 3, 4, 5, 6. continent varias Virorum Magnorum ad Keplerum Epistolæ, diversis argumentis Mathematicis aliisque repletæ, quarum nonnullæ scriptæ fuerunt ad Reges, Principes & Statum, puta Jacobum M. Brit. Regem, Landgravium Hassiæ, Principem Anhaltinum, Ducem Wirtembergensem, Status Austriacos, &c; aliæ ad Universitates, & primarios, ipsi coætos, Astronomos, Academiam nempe Tubingensem, Tychohem Brahe, Galilæum, Harriottum, Crabbium, Forstium, Briggium, Beyerum, Origanum, Scheinerum, Besoldum, Mæstlinum, Berneggerum,*

Hofmannum, Pisanum, Brunum, Dornavium, Christmannum, Dasipedium, Wittichium, Velferum, Tengnagelium, Barthium, Crugerum, Schickardum, Mullerum, Maginum, Malcotium, Stolzium, Calvisium, Scaligerum, Pistorium, Hafenrefferum, Smidium, Rulandum, &c.

Fasc. 7. *habet Πορφύριον εἰς τὰ Ἀρμονικὰ Πτολομαῖς ἀπόθεσις, Græce: It. Kepleri appendicem ad Harmonices Mundi lib. 5. continentem Ptolomæi lib. 3. cum Notis antehac non visis: Item, Confutationem trium Caputum, quæ tribus ultimis Inscriptionibus tertii libri Harmonicorum Ptolomæi subjuncta sunt, Bosloami Monachi, Interprete Joh. Keplero: It. Ptolomæi Harmonicorum sive de Musica, Andrea Gogavico interprete. It. De Musica veteri & moderna ex Dialogis Vincentii Galilæi: It. Aristoxeni, Musici antiquissimi, Harmonicorum Elementorum libros 3. It. Ptolomæi Harmonicorum lib. 3. It. Artis de Objecto Auditus fragmentum ex Porphyrii Commentariis.*

Fasc. 8. *continet Genealogiam Austriacam & Procerum.*

Fasc. 9. *habet Commentarium in Martem Manuscriptum, diversum ab edito, cum multis Schematibus, magnum Volumen: It. Explanaticnem eorum quæ restant ad Commentarium.*

Fasc. 10. *continet Geometrica multa.*

Fasc. 11. *Rudimenta Calendarii de Aureo numero: It. Dialogum de Calendario Gregoriano, Germanice: It. Tractatum de forma Anni in Tabb. Rudolphinis adhibita: It. Dialogum de Calendar. Gregoriano: It. Propositiones ab Imperatore exhibitas tribus Electoribus, Confessionem Augustanam professis, circa negotium Calendar. eorumque sensu de istis propositionibus: It. Calendarium ipsum.*

Fasc. 12. *Tabulas Indic. Logarithm. It. Bosloami Monachi logisticam: It. Canonem Mesolog. dilatatum: It. Cassam Burgii excultam; ubi ratio zowa duplex Canonis Sinuum adornandi; ratio compendiose quadrandi, & radicem extrahendi; adhac, Locatio Epocharum audax, cum restitutione ♀ & ♁; cum cum pluribus aliis.*

Fasc. 13. *Chronologiam ab initio Mundi: It. De 70 hebdom. Danielis Diatribam: Annotata ad annos Buntingii: In Sleidanum de 4 Imperiis De origine Gentium ex historia Mosis: Chronologica plura, ut & N.tas ad Scaligeri Diatriben de Æquinoctiis.*

Fasc. 14. *De Stella nova Kepleri Annotata, in Cygno apparente, cum plurimis Epistolis.*

Fasc. 15. *Annotationes in Dionysii Petavii Doctrinam Temporum.*

Fasc. 16. *Rudimenta Tabularum spectantium Planetas ♃. ♄. ♀. ♁.*

Fasc. 17. *Demonstrationes motuum Saturni cum Tabb. & Revisionem Excentricitatis, ut & proportionem Orbium & Distantiarum: It. Demonstrationem motuum Jovis cum Tabb. quibus accessit Examen proportionis Orbium & excentricitatis absolutum: It. Tabulas Martis, & partem præceptorum utendi, & Computationes locorum Veterum pro Epochis: Demonstrationes motuum Veneris: Tabulas Indic. pro Mercurio: Tabulas anguli*

*anguli pro Mercurio: Demonstrationis motuum Mercurii rudimenta omnisaria: Repetitionem Mercurialium.*

Fasc. 18. *Lunaria. Tychonis Brabe, sive Progymnasmatum partem: It. Autographum Transformationum Lunarium: It. Transformationem hypotheseis, & Tabb. Lunarium.*

Fasc. 19. *Observationes Eclypsum Kepleri, & aliorum: It. Ad motuum Lunæ Restitutiones pertinentia, cum Epistolis, & Eclipsibus Lunæ.*

Fasc. 20. *continet Observationes Keplerianas.*

Fasc. 21. *De Anni quantitate, æquinoctiis, obliquitate Eclipticæ æquatione temporis: It. Contra Obliquitatem Eclipticæ olim majorem ex observatione Chaldeorum, Timocharis & Ptolomæi; contra inæqualem Præcessionem Æquinoctiorum, Observationes Walteri examinata, & ex iis de Æquatione seculari: It. Ad æquationum negotium pertinentia, & de Diversitate longitudinis Anni ex causis Physicis.*

Fasc. 22. *De Stellarum in Firmamento distantis.*

Fasc. 23. *Genethliaca: It. Diversas Tabb. motuum Lunarium: Barthii Uranographia: It. Themata Clar. Virorum: It. Genethliaca Tychonis Brabe.*

Fasc. 24. *Tabb. Rudolphinarum Autographum.*

Fasc. 25. *Geometrica & Astronmica, puta de Quantitatibus; de divina Proportione; an recta curvis æquent, &c.*

Fasc. 26. *Alia Geometrica & Astronmica.*

Fasc. 27. *Genethliaca: It. De Regni Turcici interitu, in Roshei lib. Commentarium.*

Fasc. 28. *Fundamenta Astrologica.*

Fasc. 29. *Hydranlico-Pneumatica: It. Tractatum contra Ursium; nec non literas Tychonis Brabe ad Keplerum, & vice versa, specialissima continentis: It. Testimonia & Contractus inter ipsum & Tychonem: It. Ad Imperatores & Magnates literæ.*

### An Account of some Books.

I. *Johannis Schefferi LAPPONIA, &c. Francofurti 1673. in 4°.*

**T**HE Author of this History, glorying in the *Preface*, that he is the first that hath truly discover'd *Lapland* and its Inhabitants to the World; and there being not yet transported hither any considerable number of Copies, to satisfy the Curiosity of the Inquisitive: We shall here the more largely and particularly represent the principal Contents of this Book, as far as 'tis consistent with the design and business of these Tracts.

*First*, then, He giveth us the *Scituation* and *Climat* of this Country, informing us, That as far as 'tis subject to the